Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum LII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

duodecim in bethaniam et mansit apud lazarum ac sorores eius martham et mariam docens eos more solito et confortans. Et deinde non venit in iherusalem sicut ante fecerat usque ad diem cene et sic iudei locum habebant tractandi liberius de sua morte

Domine ihesu christe qui die tercia ante tempus passionis et mortis tue discipulis tuis pascha et transitum tuum ex hoc mundo predixisti da michi per omne tempus vite mee in azimis sinceritatis et veritatis vivere neque de hoc mundo transire non permittas antequam per triduum penitencie scilicet cordis contricionis oris confessionis et operis satisfactionis peccata mea omnia deleas donans michi sacratissimi corporis et sanguinis tui communionem olei sancti unccionem ac in omnibus perfectam consummacionem et me tandem felicem consummatum transire facias ad te dilectissimum dominum meum super omnia benedictum

Qua die et cur iudas vendidit dominum

Hinc sabbato feria iiii sequenti principes sacerdotum qui audierant ihesum dixisse non me videbitis amodo credentes eum abysse et putantes ipsum velle ab eis fugere congregati sunt cum senioribus populi qui erant iudices ordinarii in atrium cayphe et querebant consilium ut eum dolo tenerent et occiderent quia nullam mortis causam nisi eam dolose confingerent. Prius quidem determinaverant ipsum interficere et deliberaverant de facto sed nunc querebant consilium de faciendi modo et qualiter posset fieri occulte et sine populi sedicione qui se debuerant parare ad paschalem agnum et secundum ritum legis purificari ut esu agni digni fierent contra verum agnum magis et potius se armant et hoc faciunt ex dolo et consilio timentes ne eis aufferetur populi auxilio unde dicunt habito consilio

Non in die festo scilicet azimorum id est in sollempnitate paschali imminenti de proximo simpliciter est capiendus ad occidendum quod non dicebant propter reverenciam festi sed ne tumultus fieret in populo propter diversa studia ipsius populi scilicet diligentis christum et odientis credentis et non credentis. Multi enim propter sollempnitatem pasche venerant in iherusalem et quia aliqui reputabant ihesum esse christum christum timebant si durante sollempnitate paschali in eum manus mitterent ne populus qui eum diligebat illis insurgens in monte defenderet et sic ipse manus eorum evaderet. Timebant quidem plebem non vitantes scandalum sed impetum nec sedicionem metuentes sed ne de suis manibus tolleretur cavetes. Propterea quod consulebant mortem suam differri usque post festum postea tamen mutaverunt istud consilium quia invenerunt opportunitatem capiendi eum secrete per discipulum. Attende hic quia maiores principaliter querebant ihesum perdere a principibus enim et senioribus egressa est iniquitas in babilone. Sic et hodie maiores pre ceteris contra eum insurgunt et maiora scandala quam ceteri faciunt unde Bern. O bone ihesu totus mundus videtur contra te conjurasse et hii in persecucione tua primi sunt qui videntur regere populum dirigere principatum. Intravit autem sathanas in iudam id est in unde animam qui scarioth est dictus quia de hac villa fuit oriundus. Intravit inquam non impellens sed paratum inveniens ostium nam oblitus omnium que viderat ad solam avaricia dirigebat intentum. Intravit autem non solum per essentiam et essencialiter in animam illabendo quia secundum aug. sic solus deus intrat in animam qui creavit eam sed intravit primo per effectum suggestionis venditionis et tradicionis christi suggerendo et secundo post buccellam per effectum plenioris possessionis eum sue servituti subiugando. Ex quo patet quod in omni

peccato mortali dyabolus hominem inuitat
ut ipm de nouo uel amplius q̄ ante pos-
sideat Judas ergo audiens eos congreg-
tos ad tractandum de morte xpi qui etiā
audierat a xpo se tradendū ut crucifigeretur
in pascha tunc instanti et cupidus se cogitās
et dicens in corde In primo morietur homo
iste et ad lucrum meum possum eū tra-
dere abiit a xpo et sancta societate nō tm̄
corpore sz et mente recedendo et aposta-
tando et ueniens ad consilium proditorū
dixit eis Quid vultis michi dare et ego
eum vobis tradam occulte et sine strepitu
Et gauisi sunt quia ille modus capiendi
xpm̄ per suū discipulum videbatur ma-
gis conueniens et secretius Propter quod mu-
tauerūt consilium pdictū scilicet de differendo
mortem eius usque post festum Quia enim
traditorem inuenerunt in ipsa festiuitate
xpm̄ occiderunt Hoc autem secundum leonem papam
diuino intelligimus dispositū fuisse consilio
Oportebat enim ut manifesto implerentur
effectu que diu figurato fuerant pmissa
misterio Et pepigit iudas cum eis de ihu
tradendo pro xxx argenteis eodem pcio quo
Joseph venditus est a fratribus suis In ve-
ditione enim Joseph pfigurata fuit venditio
xpi Judas ad congregatores iuit ubi xpm
vendidit sic multi ad spectacula vadunt ubi
xpm pro modica delectatione et modico pcio ue-
dunt Ipse dedit pro xxx argenteis sz pec-
catores sepe dant pro pcio minori ubi di-
cit leo papa O cecā lucri cupida etiā pro
exiguo precio non metuit nullū quia in illo
corde est iusticie vestigiū in quo sibi aua-
ricia fecit habitaculum Infelix mercator
iudas qui tm̄ dedit pro tanto deū pro nū-
mo uerum pro vano eternū pro trāsitorio
Quia enim audierat dum tercia die mo-
riturum et eum in morte detineri puta-
uit morte imminente lucratiuam sibi
facere voluit Cum enim esset fur et loculos
habens et videret unguentū sup caput
et pedes domini effusum quod putauerat
esse uendendum et pciū sibi tradendum qd
perdiderat in effusione vnguenti voluit
recuperare in venditione magistri Illi quippe
xxx argentei ualebant trecentos denarios
usuales quilibet enim decem ualebat et ita
in venditione xpi recuperauit valorem vn-
guenti pdicti et recompensauit dampnū trece-
torum denariorum de quo dixerat Quare
hoc vnguentū nō venit trecentis denariis
et datum est egenis Et forte hec causa fuit
quare matheus hic factum marie interseruit
sed ut congruencius factum iude quo dominum
uendidit tamquam continuans effectū ad cām
quia hoc factum fuit occasio venditionis
xpi Judas itaque unus de duodecim mīo nō
merito nōie non munere corpore nō aīo
a principibus non inuitatur non cogitur nulla
necessitate constringitur sz ppria sponte p-
cessit et ppria malignitate consiliū scelerate
mentis iniit Nec in venditione magri certam
postulat summā ut de re cara fieri solet
sz quasi uile tradens et uenale exponens ma-
gistrum in potestate ementiū posuit quantum
dare uellent Cum enim vilia exponuntur solz
querere venditor ab emptore quantū dabis
cum autē cara econverso dicit tm̄ dabis Is-
te per iudam significantur iudices ac pla-
ti et sacerdotes qui iudicia ac beneficia et sacra-
menta vendere non cessant dicentes sepe
et si non verbo tamen facto Quid vultis michi
dare et ego uobis eum tradam unde Bern.
Quanti hodie de hiis qui aīas regere susce-
perunt quod sine miserabili gemitu dicendū
non est xpi obprobria flagella clauos lan-
ceam crucem mortem in fornace auaricie
conflant hoc solo a iuda differentes quod ille
omnium horum emolumentū denariorū
mīo compensauit isti voraciori ingluuie
lucrorum infinitas exigunt pecunias
huius inhiant timent ne amittant thez-

Capitulum lij

amore quiescunt avaricium apud eos nec
casus reputatur nec salus animi sine de
patrimonio tenuissimo minimum in pecunia
ti intrassati dilatati non compatiuntur
super contricione ioseph hec ber. Propter
avariciam vero iudas factus est talis qui
a ut leo papa dicit erat lucri cupidus etiam
pro exiguo perire non metuit nullumque e
iusticie in illo corde vestigium in quo sibi a-
variciam fecit habitaculum. Ex hoc autem
articulo vendicionis tria trahuntur nobilia
documenta. Primum est ut nobis caveamus
ne et nos tam detestandi faciamus scilicet venditores
christi unquam efficeremus quod utique diversis
modis incurrimus unde beda Multi hodie
iude scelus quod dominum ac magistrum deum quia suum
pecunia vendiderit velud in mane et ne-
farium exhorrent nec tamen cavent Nam
cum pro muneribus falsum contra aliquem
testimonium dicunt profecto quia veritatem
pro pecunia negant dominum pro pecunia ven-
dunt ipse enim dixit ego sum veritas. Cum
societatem fraternitatis discordie peste co-
maculant dominum produnt quia deus cari-
tas est. Nunc etiam si nullus pecuniam det do-
minum argenteis vendunt quia principis
seculi ymaginem id est exempla hostis antiqui
neglecto conditoris ad quam creati sunt yma-
gine sumunt. Illam sumendo. Sicut iohannes
baptistam qui non pro christi confessione sed pro
defensione veritatis occubuit ideo tamen
pro christo quia pro veritate martirium suscepit
ita econtrario qui caritatis et veritatis inva-
sperint christum utique qui est veritas et caritas
prodit. Immo universaliter sicut dicit origenes
omnes qui pro temporalibus et mundialibus rebus
iusticiam deserunt deum qui est iusticia ven-
dunt. Similiter deum vendit qui iusticiam
vel consilium vendit quia ipse est iusticia et
spes et angelus consilii. Ille etiam dominum vendit
qui eius timore et amore neglecto terrena
et caduca ymo etiam criminosa plus amare

et curare conmittitur dominum etiam pro
temporale pecunia vendit qui bona sua pro
vana gloria expendit. Item deum vendunt
symoniaci qui graciam dei que est in sacramentis
et in aliis sacris et spiritualibus rebus operatur
pro temporalibus rebus commutant. Et quia sy-
monie peccatum est tam in dante quam in recipiente
Ideo non solum peccavit iudas in vendendo
christum sed etiam iudei in emendo ipsum. Emit autem
a me christum qui dando michi aliquod temporale
aufert michi christum verbi gracia. Si adula-
tor dat michi laudem falsam ex qua cor
meum extollitur aufert michi christum et ego
consenciens vendo pro vana laude christum. Si
das michi pecuniam que allicit me ad peccatum
mortale aufert michi christum et ego consenci-
endo vendo ipsum. Nec tamen ille emendo retinet
sicut nec ego sed nec michi nec tibi. Sic fuit
de iuda et iudeis quorum neuter christum retinuit
sed acquisitus est nobis christianis unde ur-
banus. Exulta christiane in commercio inimico-
rum tuorum vicisti. Quod iudas vendidit
et iudeus emit hoc tu acquisisti. Noster
enim est christus non iudeorum qui eum emerunt
Secundum est ut etiam et nos vendi et vilipendi — 2m documentum
pro laude dei patiamur. Qui enim vendit
rem aliquam id pro quo rem vendit plus ap-
preciatur quam rem ipsam. Unde si quis te minoris
valoris in corde suo et factis estimet quam for-
te sis non turberis et maxime in causa dei.
Si enim ipse dominus et salvator noster qui est sum-
ma bonitas et infinite bonitatis in quo sunt
omnes thezauri reconditi dignatus est pro no-
bis tam vili et exiguo precio estimari ac ven-
di et vilipendi iniuste nos qui veraciter vi-
les et ob hoc vilipensibiles sumus si condi-
cionis nostre miseriam aspicere volumus ac-
quo pro christo vilipendi ymo nichilpendi
patiamur iuste unde psalmista Quoniam propter
te sustinui obprobrium etc. Tercium docu- — 3m documentum
mentum est quod homo debet vendere se ipsum pro
regno. Si enim regnum celorum venale est

et tantum valet quantum habes sed tu
nichil habes melius teipso vende ergo te ipsum
pro regno celorum sicut xpc voluit vendi
ut nobis acquireret regnum celorum Item re-
colendo istum articulum recogitet homo vi-
litatem suam quia si iusto precio estimari de-
beret vix unum obulum valeret ymo nichil
in comparatione xpi qui tam exiguo et
vili precio venditus est Item recogitet
qualiter ipse xpm sit venditum gratis sua
mera bonitate acquisivit Item quia xpc
ad huc hodie venalis est ideo sicut iudas
nequiter vendidit xpm sic tu per contrarium
tuis elemosinis eme ipsum vel si aliud non
habes da pro eo cor tuum hoc enim ipse deside-
rat pre omni re mundi iuxta illud sapientis
prebe fili cor tuum michi vel modo alio ideo
quilibet quantumcumque perfectus non presumat de
se cum audit xpi apostolum magistrum et dominum
suum ymo deum et creatorem omnium
perdidisse ¶ Et quia quarta feria dominus fu-
it venditus sic sexta fuit crucifixus ideo
in memoria huius venditionis domini per
totum annum in ieiuniis principalibus feria iiij
sicut post sextam tenet locum Hinc est etiam
quod et multi quartis et sextis feriis ieiunare
consueverunt multi quoque abstinent a carni-
bus iiij feria quia tunc caro xpi fuit ven-
dita Votum etiam scilicet post feriam iiij illam
qua fuit venditus tribus diebus sequentibus
inicia et fines horarum obmittimus quia no-
bis ablatus sit alpha et o et impiis traditus
Facta igitur pactione querebat oportuni-
tatem scilicet loci et temporis et societatis ut trade-
ret eum occulte et sine turbis scilicet quando ipse
non erat circa eum sed secretus erat cum disci-
pulis quod et fecit tradens eum post cenam
et de nocte cum in horto esset cum eis ne per
contrarium et impetum ipsi tolleretur qui de
die eum sequebatur ¶ Considera nunc quomodo
dominus toto vite sue tempore usque hodie pro iude-
is laboravit sed ipse tamquam ingrati mala
pro bonis domino reddiderunt et post
multas contumelias usque ad ipsius emptio-
nem et mortem fecerunt unde augustinus Vena
venisti domine ad oves que perierant domus
israhel deum verbi lampadem palam prefol-
lens ad illuminationem orbis terre et regnum
dei annuntians cunctis obtemperantibus verbo
tuo sermo sequentibus signis confirmasti vir-
tutem divinitatis tue ostendisti in cunctis
male habentibus omnia omnibus gratis exhi-
bens que saluti ipsorum congruebant ut omnes
lucrifaceres Et obscuratum est insipiens
cor eorum domine et proiecerunt sermones
tuos retrorsum nec adtenderunt ad omnia
mirabilia que operatus es in eis corporis
paucis nobilibus athletis quos michi infirma
et abiecta mundi elegisti ut per ipsos fortia
et alta mundi expugnares Nec solum
ingrati gratuitis tuis beneficiis extiterunt
sed etiam contumeliis affecerunt te dominum
dominancium et fecerunt in te quecumque vo-
luerunt Te enim faciente opera in eis que
nemo alius fecit quod dixerunt Non est hic
homo a deo sed in principe demoniorum eicit de-
monia Demonium habet Seducit turbas
vorax est potator vini Amicus publica-
norum et peccatorum Quid fles quod susci-
tas o homo dei dum sustines verborum
iniurias Non audis quanta propter te in dominum
deum tuum ceciderunt obprobria Et patrem
familias beelzebub vocaverunt quanto ma-
gis domesticos eius Hec quidem et huiusmodi
blasphemantes et aliquociens te lapidibus
impetentes ihesu bone patienter sustinuisti et
factus es coram eis sicut homo non audiens
et non habens in ore suo redargutiones No-
vissime autem et iustum sanguinem tuum bone
ihesu a discipulo tuo filio perditionis trigin-
ta argenteis appreciati sunt ut perpetrarent
animam tuam in morte sine causa hec augustinus Ve
magna deberet nobis esse confusio quod pa-
cientiam in adversitatibus non haberemus no[ta] h[ic]

Jhesus moriens tot et tanta ac etiam passio-
et mortem patienter pro nobis sustinuit
et nos pro peccatis aggravati et ira dei dig-
ni non possumus parvas iniurias et gra-
vamina modica et multotiens nec ver-
ba levia pro eius nomine tollerare Unde Ber-
nardus Christus exprobrationis contumelias fert tu vo-
lumus honorari vis et non fers obprobrium
Christi Considera etiam hic quam periculosum sit
peccatis locum dare ac principia et initia
eorum non expellere quia frequenter a mino-
ribus dyabolus incipit ut ad maiora ma-
la inducat Si enim iudas cupiditati et ava-
ritie et iudei vane glorie et invidie obstitis-
sent nunquam ille ad domini proditorem et isti
ad eius occisorem pervenissent Sed quia mi-
nora contempserunt ideo consequenter in maiora
ceciderunt ut enim ecclesiasticus ait qui
spernit modica paulatim decidit Oro

Jhesu clementissime qui labores in
predicando fatigationes in discur-
rendo convicia et obprobria iniurias et an-
gustias pro nostra salute pertulisti ac tandem
ab uno discipulorum tuorum vendi et a iudeis
appreciari xxx argenteis sic quasi vili precio vile-
pendi voluisti da michi tante patientie et
humilitatis exemplum imitari atque obprobria
iniurias et omnia que michi illata fuerint
patienter tua gratia tuo auxilio superare et
pro nulla re transitoria te nequiter commuta-
re vilipensiones quoque meas et angustias
pro tui nominis gloria equanimiter tolerare

Meditatio in primis vesperis de cena domini.

Adveniente iam et immi-
nente tempore miserationum
et miraculorum domini quo
disposuerat plebem suam
salvam facere et eam non
corruptibilibus auro et argento sed precio-
so sanguine suo redimere voluit cenam face-
re cum discipulis suis notabilem antequam ab
eis per mortem discederet et signum et me-
moriale recordationis et ut misteria que re-
stabant compleret Hec autem cena prefigurata
fuit in panibus quos abimelech david por-
rigebat et magnifica valde fuit et magnifi-
ca sunt que dominus ibi fecit Ad que intuenda
te presentem cum attentione summa exhibe
quia si hic digne et vigilanter feceris non pa-
tietur benignus dominus te ieiunum redire

Circa ipsam igitur cenam principaliter
quinque que ibi notabiliter facta sunt medita-
da occurrerunt Primo ipsa corporalis cena
secundo pedum discipulorum per dominum ihesum
ablutio tertio caritativa proditoris cor-
reptio quarto sacramenti sacratissimi in-
stitutio quinto pulcherrimi sermonis per
ipsum expositio Circa primum attende quod prima
die azimorum id est eadem die in cuius ves-
pera erat agnus ymolandus et cum azi-
mis edendus scilicet xiiii die seu luna mensis
primi que erat feria quinta et pasche vigi-
lia Dominus ihesus requisitus a discipulis
suis ubi vellet sibi iuxta legem parari pas-
cha id est paschalem agnum premisit ad hoc fa-
ciendum petrum et iohannem ad quandam
civitatem suam in monte syon ubi erat cenacu-
lum grande stratum iubens ut pascha para-
rent ibi et per omnia manifestans quod usque ad
extremum vite non est adversatus legi Per
petrum significatur actio bona per iohannem
contemplatio devota que preparant pascha id est di-
sponunt ad corpus Christi sanctum debite su-
mendum Preparant autem in cenaculo id est in
homine per devotionem elevato grandi longitudi-
ne longanimitatis lato latitudine carita-
tis strato varietate virtutum Mittens autem
discipulos dixit eis Ite in civitatem et occur-
ret vobis homo amphoram aque portans
Iste tulit amphoram seu lagenam aque ut
in tanto festo haberet apud se aquam ex-
piationis qua mundaret se et significat quod
ubi Christus cenaturus est lagena aque la-
crimarum in expiatorem debet precedere Per